Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ut supra quoq; diximus, p̄sertim qa illa qualitas ē
in maxima contradictione inter partes ob incompe=
tentiam à Comite obiectam. Sufficit in hoc pro=
cessu arrestum impositum esse, et impetrantem
esse Statum: Nam exceptio illa qua excipi=
tur ꝯtra mandatum p̄sens hoc modo, nisi non
tale arrestum sit de quo Constitutio loqtur, est
iniquitatis non nullitatis, qa materiam litis
continet non formam concernit: materia litis ē
rudis indigestaq; moles, quam altera partium
contendentium nigram dicit, altera albam. Ut
igitur eo melius de illa qualitate statui possit,
compendio aliquo necesse est uti, quod dispositio=
nem seu explicationem materiæ uel formam di=
cimus. Ad formam autem ordinarij p̄cessꝰ
ptinent hæ p̄cipuæ partes, Iudex tanq; basis
et fundamentum formæ, Actor, Reus, uel ho=
rum loco procurator, defensor, Citatio, Exhibitio
libelli, Litis contestatio, Iuramentū calumniæ,
Receptio probationum, Conclusio, Conceptio et
publicatio sententiæ, q̄ est finis formæ, post se
trahens effectum, id est executionem, q̄ et ipsa for=
mam non excludit, Excipiens ꝯtra partes formæ
de nullitate excipit. Excipiens ꝯtra materiam
quod alba sit uel nigra, de iniquitate excipit:
Forma tamen processus Mandatorū sine clausula
pauciores